



Annales Ecclesiastici Baronii

CHRISTI 451.

LEONIS PAP. 12.

VALENTIN. 27. IMPF. MARCIANI. 2.

de Scripturis divinis sapere, quam beati Apostoli & Patres nostri didicere, atque docuerunt; nunc demum indisciplina moveantur & impie questiones, quas olim, mox ut eas per apta sibi corda diabolus excitavit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus extinxit. Nimis autem impium est, ut per paucorum insipientiam ad conjecturas opinionum & ad carnalium disputationum bella revocemur; tanquam reparata disceptatione tractandum sit, utrum Eutyches impie senserit, & utrum inepte Dioscorus judicavit, qui in sancte memorie Flaviani condemnatione se perculit, & simpliciores quosque, ut in eandem ruinam provolverentur, impigit: quorum multis jam (ut cognovimus) ad satisfactionis remedia conversis, & veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cujusmodi sit fides tractandum est, sed eorum precibus qualiter annuendam. Unde piissima sollicitudini vestra, quam de indicenda Synodo habere dignamini, per legationem que confestim ad clementiam vestram, Deo annuente, perveniet, quicquid ad cause utilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius suggereretur. Dat. nono Kalend. Maii, Adelpbio viro clarissimo Consule. Hæc est prima epist. Leonis ad Marcianum de Synodo œcumenica cogenda.

VIII. Dedit eodem argumento alias quoque litteras (a) quinto Kal. Junias, quibus de differenda Synodo agit, & quod habebat in animo aperit; sed & causam moræ eam ostendit, nimirum ut liberati Episcopi a barbarica hostilitate, liberi ad Synodum se conferrent. Imminabat (ut diximus) cum Hunnorum exercitu Attila, de quo in fine anni hujus acturi sumus. Quinam autem ab eo legati mittantur, nominat, nempe Paschasium Episcopum Lilybæi in Sicilia, Lucentium Episcopum Afulanum, Bonifacium, & Basilium S. R. E. presbyteros Cardinales, quibus participem adjunxit Julianum Coensem Episcopum. Interea vero quintum, ante diem ab his datis ad

PAGIUS segg. Nam Marcianus ad Leonem, & Leo ad Marcianum invicem scripserant de Synodo, sed nondum convocata: imo de loco & tempore disceptatio erat. Fefellit Baronium error, qui inrepsit in diem; quo data vulgo legitur Epistola XLIII. nunc LXXXIII. ubi pro V. Kalend. Junii, restituendum, V. Kalend. Julii, ut MS. Codex Cardinalis Grimani. Nam cum Baronius existimaret, Bonifacium Roma Episcopum V. Kalend. Junii, putavit & Lucentium, & Basilium, qui Synodo Chalcedonensi præfuerunt, eodem die missos ad Synodum, quod Roma V. Idus Junii profecti fuerint. Lucentius itaque & Basilium mense Junio Legati Constantinopolim missi pro reconciliandis lapsis Episcopis, ut asserit Leo, non vero pro concilio generali celebrando.

Marcianum Augustum a sancto Leone Pontifice litteris, idem Augustus decimo Kalendas Junias publicam sanctionem edidit de Synodo œcumenica, ad quam Episcopos convocavit, Nicæ in Bithynia celebranda: ita enim ipsi erat in animo, ibi universale celebrare Concilium ad versus Eutychetis hæresim, ubi primum fuit impietas Ariana damnata. De ipsa autem indicatione futuræ Synodi ita se habet ad Metropolitanos primum scripta epistola (b): Imperatores Cæsares Valentinianus & Marcianus Victores & Triumphatores semper Augusti ad omnes ubique reverendos Episcopos.

Omnia ad veram fidem & Christianam & Orthodoxam religionem tendentia præponenda aliis rebus existimavimus. Deo enim propitio existente, & nostrum Imperium & communes causas meliores fore confidimus. Quia igitur dubitationes quedam circa Orthodoxam fidem motæ sunt, sicut indicant & litteræ sanctissimi Archiepiscopi felicissimæ Romæ Leonis: placuit nobis, proprie * sanctum Concilium fieri in * prope Nicæam Bithyniæ civitate: quatenus cunctis concordantibus, veritate examinata, & cessante omnium studio, quo quidam abusi, religionem turbaverunt Orthodoxam, vera & saluberrima fides sic omnimodo manifestetur, ut de cætero omnis questio & dubitatio auferatur. Unde tua sanctitas, cum quantis approbaverit reverendissimis Episcopis sub suo sacerdotio constitutis sanctarum Ecclesiarum, expertas habentibus divinas Scripturas, & in scientia & doctrina Orthodoxæ & veræ fidei præ cunctis eminentibus, ad memoratam Nicæam civitatem proximis Kalendis Septembris advenire festinet. Quisquis autem generalem & omnimodo utilem futuram Synodum refutaverit, peccare quidem & circa Divinitatem ipsam, & pietatem nostram offendit *. Agnoscat autem * offendit rem tua sanctitas quoniam nostra pietas publica & inevitabilis cura fecerint occurrari. Hæc ad Metropolitanos Episcopos cujus

(b) Ante Concil. Chalced.

IX. Edictum Imp. de Synodi indicatione.

* offendit

Verum licet Sanctus Leo differri Synodum, III. & in Italia fieri optaret, Marcianus tamen necessitate rerum, & votis Orientalium sollicitus, Alii Legatione Synodi indicendæ consilium cepit, & Edictum suo a Baronio num. IX. recitatum jussit Episcopos ad Nicæam civitatem proximis Kalendis Septembris advenire. Sanctus itaque Leo acceptis Imperatoris litteris, exemplo de Legatis mittendis cogitavit, scripsit ad eum Epistolam LXIX. quæ alias erat XLIX. significavitque, se Legatos mittere ad vices suas implendas, Paschasium Lilybæi Episcopum, Bonifacium Presbyterum, & Julianum Coensem. Data Epistola VI. Kalend. Julii. Valesius in Notis ad libr. 1. Evagrii cap. 10. Baronium inconstantiæ arguit, quod ad annum CDXLIX. num. XXXVII. scripserit, Julianum eum, qui in secunda Synodo Ephesina Legatus fuit Sedis Apostolicæ, Episcopum.

Legati a S. Leone missi.